



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

Illvstrissimo Ac Reverendissimo Roberto Bellarmino S. R. E. Presbyt.
Cardinali Franc. Schottus I. C. Antverp. S. D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

ILLVSTRISSMO

AC REVERENDISSIMO

ROBERTO BELLARMINO

S.R.E. PRESBYT. CARDINALI

Franc. Schottus I. C. Antwerp.

S. D.



Vastum Oceani pelagus nauigare parant, BEL-
LARMIN E CARDI-
NALIS, ita se compa-
rant, ut fluminibus sese
prius committant, quam
conscendant; quo nauigiam deuident, tedium-
que itineris paulatim superent. Idem fa-
ciendum iis semper existimauit, qui in ITA-
LIAM, nobilissimam Europæ prouinciam
cogitant, & visende Vrbis (hoc præsertim an-
no sæculari Iubileij) studio idcirco tenentur,
ut principum Apostolorum limina, more ma-
iorum, salutent, osculaq; postibus desigant,
atque ut rerum vsu, & peregrinatione Pru-
dentiam augeant, Vlyssis illius πολυτρόπε ex-
emplo,

* 2

Qui

Qui mores hominum multorum vidit,
& vrbes.

Etenim in tanto loci interuallo , tot tantisq; itinerum periculis , vt Cynosuram quam errando sequantur habeant, premium opera facturos puto , si priusquam in viam sese dent, Geographos atque Historicos veteres, qui terrarum situm exhibent, in manus sumserint ; Italicumq; iter opinione praeceptum , quasi mente prius animoq; decurrant. Melam itaque Pomponium, C. Plinium, & Solinum ; de Græcis verò Strabonem , Stephanum, Pausaniam, Dionysium Alexand. Arrianum , & Cl. Ptolemæi, recentiorumq; Mercatoris atque Orteliij nostri Tabulas cum attentè inspexerint , plura tamen haud dubiè requirent . Quare eos legendos potissimum sibi persuadeant, qui nostra , maiorumq; memoria Vrbē, Italiamq; & lustrarunt ipsi, & litterarum monumentis , quæ spectatu digna visa sint , consignarunt . R O M A M quidem, vt æternam urbem, complures illustrasse comperi : P. & Sex. Victores, Andreas Fuluij & Palladij cognomento , Lucios Maurum & Faunum , Barth. Marlianum , Gab. Barrium , Onufrium Panuinum , Iac. Boissardum : nuper verò Car. Sigonium , Paullum Mannuccium, quemq; honoris gratia libenter appello,

appello, Iustum Lipsium, Belgij decus & orna-
mentum. ITALIAM verò non paucio-
res descripsisse memoria teneo: Blondos, Vola-
terrinos, Leandros, Nigros, Pontanos, Sabel-
licos, Guicciardinos, ceterosq; propè innume-
rables. Sed quid mirum? Flos est enim, vt
ille ait, delibatus Europæ, ingeniorumq; &
artium parens. ROMAM quoque ad in-
numerabilia Elogia, tñs òinequerns èpitopulùs,
orbis compendium, Polemon Sophista
merito appellauit. In tot tamen, tantisq;
rerum Italicarum scriptoribus, qui & bre-
uius, & eruditius Italiam ob oculos posuerit,
Stephano Vinando Pighio, in Hercule Prodi-
cio, vidi neminem. Hic patrui sui Alberti
Pighij Theologi doctissimi (quantum aurei
De Ecclesiastica Hierarchia libri post D.
Areopagitam scripti ostendunt) exemplo
Romæ in amplissimo ingeniorum theatro, hoc
est, in omnium oculis diu multumq; versatus,
Vrbis omnisq; adeò Antiquitatis Rom. eam
est peritiam adeptus, vt paucos æquales, su-
periores longè pauciores inueniat. Testantur
id editi in lucem nuper admodum Annales,
seu Fasti Magistratum Rom. Domum
ille ubi à diuturna & vtili peregrinatione
Italica reuertit, Sacerdotio virtutis ergo co-
bonestatus, cum in bibliothecam abdere se,

ut studiis iam inde à puerò deditus, parat, ec-
ce tibi Carolo, Cluiæ & Iuliæ Principi, qui
paternæ ditionis amplæ spes erat, familiæq;
herciscundæ heres, (vt ex ij. Tabulis x. vi-
ralibus Iureconsulti nostri loquuntur) for-
mandis studiis, moribusq; p̄fectus. Post is
vbi ex ephebis excessit, positaq; prætexta vi-
xilem sumxit, Ducis parentis iussu, Roman re-
ligionis gratia cogitanti, anno vicesimoquin-
quennali superiore c. 15. 15. LXXV. comes
Pighius, vel potius Mercurius, viaq; dux ad-
ditus, iter omne ab Vbijs, veteribusq; castris
per Germaniam Roman versus, indeq; Nea-
polim, ac Puteolos vsque paucis, perspicue ta-
men descriptis. Sed o incertus rerum huma-
narum casus! o tristes exitus! Postquam
Neapoli Campaniæ Princeps redijt, vbi
Card. Granuellanum Proregem, vt antea
Viennæ Austriae Maximilianum Cæsarem
officij gratia salutarat, vita decessit: siue quod
de via vsque eo molesta fessus, fractusq; esset,
siue, vt arbitror, Dei voluntate, adolescentem
in beatorum sedes maturius euocantis, ne
malitia, vt fit, in tot tantisq; deliciis, opibus,
atque honoribus mentem peruerteret. Igitur
Romæ Vaticano in palatio, atque adeò in
Gregoriij xij. Pont. verè Opt. Max. vberim
lacrymantis, ac benedicentis amplexibus (heu
patre,

patri, patriaq_z, laboranti nimis citò) latus ob-
dormijt, Vrbe & anno sacris. Pighius vero,
etsi mærore confessus, ne peregrinationis
vigiliarumq_z fructu carerent posteri, dedit
operam, vt in vulgus iter illud, Herculis
Prodicij titulo appareret: velut boni Prin-
cipis imago, non vt à Xenophonte Cyriopædia,
adumbrata dumtaxat ac ficta, sed vera, sed
solida, sed Christiano digna Principe. Ut
enim Prodicus ille Philosophus Cous, quem
facit Philostratus, siue Ceius, quem Suidas,
in Horis induxit (eumq_z secuti in ἀπομν-
ημόνευμα τοι idem Xenophon, & in Officiis M.
Tullius; de sacrī vero scriptoribus Basilius
magnus, Orat. ad iuuenes) induxit inquam
Herculem adolescentem in biuio constitu-
tum, Virtutem inter ac Voluptatem, de præ-
stantia contendentes, animi pendere, atque,
vt sit, dum in dubio est animus, paulo mo-
mento hoc illuc impelli, vtram insistat viam,
virtutisne an vitiorum, vicisse tandem ratio-
nem, Virtutemq_z Herōa complexum esse, Vo-
luptate valere iussa. Hinc xij. illis laboribus
ab hera sic exercitum fabulantur, vt hac via
ad immortalitatem grassatus, cœlum, vt ipsi
quidem cœci loquebantur, concenderit, hoc
est, nomen cum omni posteritate adæquarit.
Sic & Stephanus Carolum Principem, vt al-

* 4 terum

terum Herculem, graphicè exhibuit: sed, pro-
dolor, segetem in herba extinctam: in eaq;
iam &ate depositum, in qua spes ferè, non res-
laudari solet. Erat enim, iuuenis adhuc,
virtute præditus singulari humanitatis ac fa-
cilitatis: comitatis ad hæc cum seueritate
sic temperatæ, vt vtro magis excelluerit, am-
biguum hodieq; reliquerit. Quo factum, vt
quà iter haberet, vno ore Principem lauda-
rint; omniumq; gentium, ac populorum in se
oculos, ora, vultusq; conuerterit, expectatio-
nemq; ingentem concitarit. Virtus enim, vt
maximè tegas, fallere ac latere perpetuò non
potest, quin existat ipsa per se, ceterisq; præ-
luceat. Conditus autem, vti accepimus, per-
acto iam vite perbreuis curriculo, in æde
B. Virginis animarum sacra: Mausoleo ibi-
dem augustinimo masti parentis opibus è Pa-
rio marmore erecto: exaduersum marmorei
monumenti, quod Hadriano vi. Pont. Max.
Ultraieclino, Belgæ, Guilielmus Enkefortius
Card. (quem cui nimis breuis vnicum Pon-
tifex crearat) ponendum curauit. Sed,
quæso te, per Deum immortalem, potuitne
Princeps, seu

Tempore, siue loco nobiliore mori?
Evidem, vindemialibus hisce feriis, quibus à
iure dicundo veteri more feriamur: ardente
item

item Canicula, dum se solis æstus frangat.
Herculem hunc Prodicum in manus sumsi,
adhibitis & Abr. Orteliij Tabulis Theatri, ut
per Italiam peregrinari oculis saltem, quando
corpore, Senatoriis muneribus impedito non
licebat, planè viderer. ROMAM porrà
cogitante, parentis iussu, Francisco, fratris
mei Iacobi filio, bona spei adolescente, selecta
hæc, cuique peregrinanti profutura, in lucem
edi passus sum, idq; eo libentius, quod hunc
Prodicum Itinerary vicem præbuisse ex Ita-
lia nuper reduci fratri meo cariss. P. And-
Schotto, Societatis IESV Sacerdoti, Tibi
Romæ noto, & in primis caro, cognouissem.
Ut enim Stephanus orbis totius urbium Lexi-
con Geographicū, seu verius nomenclatorem
(sive ea Hermolai Byzantij Grammatici,
auctore Suida, ἐπτομὴ potius est appellanda)
euulgauit, disertius verò Pausanias Græciae
vniuersæ opida, quæ lustrasset, memorandaq;
vidisset, litteris prodidit; sic & Steph. Fi-
ghius ITALIAM (quæ cruris in mo-
dum, vt Tabula ostendunt, vel querno folio si-
milis, vt Plinio, Solino, & Cl. Rutilio placet, si-
ue hederæ forma, vt Eustathio risum, Adria-
ticum inter & Tyrrhenum mare iacet) Ve-
netius Romam, indeq; Neapolim, ac Puteolos
eruditè descripsit. Narrat enim summa

* 5 fide

*S*ide diligentiaq_z, qui colonias primi deduxerint, qui urbium conditores, & quæ vbiue terrarum cùm sacra, tum profana, ad sui contemplationem exterorū inuitent, teneantque, ut satiari nequeant; quando
Non vidisse scimel satis est, iuuat vlsque morari.

*Q*uo in numero templorum sunt, atque delubra, Diuorum reliquæ religiosè cultæ, aræ, monumenta, picturæ summorum artificum; Statuæ item marmoraq_z, & Inscriptiones cùm veteres, tum recentes. Ad oppida verò arces, moles iactæ, propugnacula, & id genus alia spectantur. Studio verò hic prætermissa sunt, quæ ad epulas, coniuicia, pompam, apparatusq_z, & alia Principi Carolo exhibita, pertinuerent, quòd viatori ea profutura nihil crederentur: quorum in locum, αςυποβολαιμαῖς, de R O M A quedam subiecta sunt è Ios. Stephano Episc., Onuphrio, Tursellino Societ. I E S V, Schradero, & Boissardo, quæ necessaria cognitus spectatori viderentur. Verum enim uero patronum, iustitio maiorum quarenti mihi, unus occurristi cui labor hic inscriberetur. Primum quidem quòd Louanij Grudiorum olim, dum Iuri ciuili adolescentis operam darem, Theologiam illam, quæ in scholis via a ratione traditur, annos aliquot

aliquot frequenti auditorum concursu docue-
ris: Deinde quod publicè difficillimis ciuilium
bellorum temporibus, ut pios confirmares, nu-
tantesq; erigeres, omnes denique stabiles,
de Verbo D E I in maxima Academia coro-
na, Doctorumq; applausu diserte differentem
magna voluptate audierimus. Post, Romam
es euocatus, & quæ in fide Religioneq; ma-
iorum controuersa, quaq; in dubium hodie à
sectarius reuocantur, vel ab inferis potius
exitantur, publicè cum viua voce pronun-
ciasti, tum litterarum monumentis ad poste-
rorum maximam utilitatem consignasti; ea
methodo, quam plurimi mirentur, pauci imi-
tentur. Viuet, viuet opus illud æternum, &

Canescet sæclis innumerabilibus:
Quæ cum ita sint, merito te pro domo Dei sic
excubantem Clemens VIII. Pont Max.
nuper, tametsi vehementer cum Societate
honorem hunc desugeres, publico bono adle-
git in purpuratorum Patrum Senatum, qui
præstantissimorum ingeniorum, nobilitatisq;
flos est, vt, quod de Romanis Senatoribus
Cyneas disertissimus legatus Pyrrho Regi
olim dixisse fertur, singuli Reges quidam
esse videantur. Accipe igitur, C A R-
DINALIS Amplissime, libens volensq;
hanc

hanc qualemcumq; operam, Italia , Vrbiq;
nauatam : & Franciscum Iacobi fratri
F. qua soles humanitate, ac pietate homines
exterios, vt complectare, etiam atque etiam
oro, obtestorq;. Vale . Antverpiæ. Kal.
Ian. anni secularis sacri CIC. IC. C.



ITER